

sigillis expedient limitando assignando et affigendo diem et locum pro personarum bonorum et rerum ad navem deliberatione sub poena et forisfactura eujusdam monetae summae et eisdem contractus non perficiunt sed ipsum frustrabunt et in itinere designato ei nocebunt quod non solum dicto Domino Willelmo suisque praedict prout esse praejudicio et nocumento verum etiam nostrae tam laudabili intentioni obstat et detrimentum inferet tunc licitum erit praefato Domino Willelmo Alexander suisque praedict vel eorum deputatis et conservatoribus infragementationis in eo casu sibi suisve praedict quos ad hunc effectum substituet omnes tales summas monetae bona et res forisfactis per talium contractuum violationem assumere Quod ut facilius fiat et legum prolixitas evitetur decimus et concessimus tenoreque praesentis chartae nostrae damus et concedimus plenarium licentiam libertatem et potestatem dicto Domino Willelmo suisque haeredibus et assignatis praedict eligendi nominandi assignandi ac ordinandi libertatum et privilegiorum per praesentem hanc nostram chartam sibi suisque praedict concessionum conservatorem qui expeditae executioni leges et statuta per ipsum suosque praedict facta secundum potestatem ei suisque praedict per dictam nostram chartam concessam demandabit volumusque et ordinamus potestatem dicti conservatoris in omnibus actionibus et causis ad personas versus dictam plantationem contrabentes spectantibus absolutam esse sine ulla appellatione aut procrastinatione quacunque quicquidem conservator possidebit et gaudebit omnia privilegia immunitates libertates et dignitates quasuscunq; quae quivis conservator Scoticorum privilegiorum apud extraneos vel in Gallia Flandria aut alibi hactenus possiderunt aut gavisi sunt quovis tempore praeterito Et licet omnes tales contractus inter dictum Dominum Willelum suosque praedict et praedictos periclitatores per periclitacionem et transportationem populorum cum ipsorum bonis et rebus ad statutum diem perficiunt et ipsi cum suis omnibus pecoribus et bonis ad litus illius provinciae animo coloniam ducendi et remanendi appellant et nihilominus postea vel omnino provinciam Novae Scotiae et ejusdem confinia sine licentia dicti Domini Willelmi ejusque praedict vel eorum deputatorum vel societatem et coloniam praedict ubi primum combinati et conjuncti fuerant derelinquent et ad agrestes aborigines in locis remotis et desertis ad habitandum sese conseruent quod tunc amittent et forisfacient omnes terras prius iis concess omnia etiam bona infra omnes praedictas bondas et licitum erit praedicto Domino Willelmo suisque praedict eadem fisco applicare et easdem terras recognoscere eademque omnia ad ipsos vel eorum aliquem quovismodo spectantia possidere et suo peculiariter usui suorumque praedict convertere Et ut omnes dilecti nostri subditi tam regnorum nostrorum et dominiorum quam alii extranei quos ad dictas terras aut aliquam earundem partem ad mercimonia contrahenda navigare contigerit melius sciant et obedientes sint potestati et authoritati per nos in praedictum fidem nostrum consiliarium Dominum Willelum Alexander suosque praedict collatae in omnibus talibus commissionibus warrantis et contractibus quos quovis tempore futuro faciet concedet et constituet pro decentiori et validiori constitutione officiariorum pro gubernatione dictos colones concessionem terrarum et executione justiciae dictos inhabitantes periclitantes deputatos factores vel assignatos tangen in aliqua dictarum terrarum parte vel in navigatione ad easdem terras nos cum avisamento et consensu praedicto ordinamus quod dictus Dominus Willelmus Alexander suisque praedict unum commune sigillum habebunt ad officium Locum tenentis justiciarie et admiralitatis spectant quod per dictum Dominum Willelum Alexander suosque praedict vel per deputatos suos omni tempore futuro custodieretur in cuius unolatera nostra insignia insculpentur cum his verbis in ejusdem circulo et margine SIGILLUM REGIS SCOTIE ANGLIE FRANCIE ET HYBERNIE et in altero latere imago nostra nostrorumque successorum cum his verbis (PRO NOVE SCOTIE LOCUM TENENTE) cuius justum exemplar in manibus ac custodia dicti conservatoris remanebit quo prout occasio requiret in officio suo utatur Et cum maxime necessarium sit ut omnes dilecti nostri subditi quotquot dictam provinciam Novae Scotiae vel ejus confinia incalent in timore omnipotentis Dei et vero ejus cultu simul vivant omni conamine intentus Christianam religionem inibi